



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ Præcones

Stengel, Georg

Ingolstadt, 1645

§. 7. Diuinæ justitiæ pœnam vtilem esse, non tantum ferenti, sed etiam
facienti iniuria; seu reo; qui punitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52365)

nec, sine bonitate, justum esse. 9

DEVS parauit in iudicio thronum suum; neq; P^{sal.} 9. 8.
enim aliter tueretur innocentes, aut impi-
os à sceleribus auerteret, quàm hac *agro-* Clem, A-
tantium asimarum diata, vt ait Clemens A- lex. 1. P^{2.}
lexandrinus. dog. c. 8.

§. VII.

*Diuina iustitia pœnam utilem esse, non tantùm
ferenti, sed etiam facienti injuriam; seu
reo, qui punitur.*

Itaque non tantùm bona est diuina ju-
stitia injuriam patienti, sed etiam ipsi inju-
riarum auctori, quem vel sanat, vel coër-
cet, ne magis insaniat. Est enim beneficium,
alterum ab infania cohibere, & obstare, ne
magis insaniat. Theodoretō teste, Iulianus
Orientis præfectus, jussu Iuliani apostatæ, Theodo-
ret. part.
3. hist.
Eccl. cap.
11. & 12.
cum alijs, templum Christianorum; ad fa-
cra vasa diripienda, ingressus, sacrilegâ, pe-
tulantiâ, aduersus sacram aram, instar can-
nis, minxit: Euzoio insuper eum ab impu-
denti factō prohibere conanti excussissimū
colaphum infregit, dicens: *Res Christianorū
diuina cura ac prouidentia prorsus esse destitu-
tas.* Hæc illi impietas non diu impunita
fuit. sensit illico, se in vindictam DEI, velut
vespertilionem in obuium ensē, incurris-
se. Nam confestim graui morbo correptus,

A 5 visce-

visceribus putredine exesis, pœnas meritas
 luit. Stercus nõ per naturales corporis par-
 tes egerebat, sed per sceleratum os blasphem-
 iæ instrumentum. Cui vxor, quæ Christi-
 ana erat: *Debes meritò mi vir, inquit, Chris-
 tum Saluatorem laude prædicare, quòd tibi
 hac castigatione potètiã suã ostenderit. Nã,
 quem oppugnasses, planè te peremisset, nisi con-
 sueta sua lenitate, vsu, has plagas diuinitus tibi
 inflixisset.* Miser, aut coniugis oratione, aut
 potiùs cruciatu morbi, quo liberari cupier-
 bat, adactus, Imperatorem rogare cœpit, vt
 Ecclesiæ ablata redderet. Quod tamen fili-
 cem in pectore gerenti ægrotus orator non
 persuasit. Ita iuit ad plures, postquam ictus
 cœpit sapere. Vtinã didicisset sapere, ad so-
 brietate, neq; pl⁹ morbo suo, quàm DEI of-
 fensã doluisset! expertus profectò esset, se
 morbo sanatũ; sine morbo, insanum extitisse.

Sermon VIII

*Castigationes diuinas, tanquam ab amante, non
 persequente Deo, suscipiendas esse.*

Quàm obrem rectè Tertullianus tradit,

Tertull.
 li. 2. cõtr.
 Marc. ca.
 22. vsque

omnia DEI plecentis opera, esse bonitatis
 procuracionem, itemq; iustitiam ac bonita-
 tem DEI indissociabiliter semper fuisse so-
 sociatas. *Quomodo non absurdum fuerit, in-*
 quit

contingit

A